

E.

*Medium calculi, quod vesicæ orificium  
amplexū fuit, & exitum urinae prohibuit.*

**N**ON secus atq; de renum lapillis dictum est, in vesica quæ urinam excipit, lapilli concresecunt, nec minus variij forma, quantitate atq; colore: nisi quod vesicæ calculi apud quosdam præcipuæ cuiusdam magnitudinis & duritiæ esse solent, vel tantæ, vt nec medicamentis atteri expelliq;, nec instrumentorum vsu frangi eximiq; iam tæsis queant: sed necesse sit, qui t *incisis* sic infestantur, quod ipse perturbato *vesicis* animo non semel expertus fui, mole dolorum superatos oppressosq;, inter infandos cruciatus miserè oppete re. Equidem, quæ mea est opinio, nul lam acerbio rem homini mortem accidere posse puto ea ipsa, quam calculi inferunt tormenta, vbi quis membris omnibus saluis viribusq; integris violento impetu adigitur, vt animam

Bb 5